



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

5 Studium Romanae Curiae repraesentatur per Collegium Aduocatorum  
Consistorialium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

## 184 CAPVT

dictarum Ciuitatum, non di-  
minueret prouisionem præsatæ  
Clem. quia non commiscentur  
simul, vt ratione loci iudicen-  
tur vnum dumtaxat, sed dicen-  
da sunt duo Studia verè separata  
inter se.

Hoc autem studium Curiæ  
Romanæ, quod semper debet  
esse penès Sedem Apostolicam,  
idest vbi Summus Pontifex re-  
sidet, sicquè Romæ tanquam  
diuinitus electæ pro tali residen-  
tia, Hoc \* inquam Studium re-  
præsentatur per Collegium Ad-  
uocatorum Consistorialium,  
quos propterea facere Vniuer-  
sitatem Studii Romani asseruit  
Staphilæus *De Prærogatiis expe-  
ctantium Rubr. In studio gene-  
ra-*

QVINTVM, 185

rali, an comprehendatur licen-  
tiatus sub nomine Doctoris num-  
22. pag. mihi 243. Eademquè  
ratione \* Collegio Aduocato- 6  
rum Consistorialium diuersis  
priuilegiis, & ex antiqua con-  
fuetudine dicitur competere ius  
creandi Doctores, & conferen-  
di insignia Doctoratus in utro-  
què Iure tam Cæsareo, quam  
Pontificio à Vestrio in Praxi lib.  
2. cap. 18. ibi. *Huic ordini in-*  
*numera per Summos Pontifices,* &  
*Imperatores concessa sunt priui-*  
*legia, præsertim laurea Doctoris*  
*in utroquè Iure, Cæsareo scilicet,*  
*& Pontificio doctos iuuens or-*  
*nandi, Petro Gregor. Tholosan.*  
*Syntagma Iuris lib. 49. cap. 6. nu.*  
10. ibi, quibus multa priuilegia  
in-